(15). Quod si aliquis calliditate aut cupiditate praeventus **Emmo.** fuerit episcopus[a], ea quae sunt superius conprehensa temerario spiritu violare praesumpserit, tribus annis[b] penitentiam districtissime agat, a communione fratrum sequestratus, et nihilominus hoc privilegium, Christo protegente, qui et adiuvet illud **Aud.** conservantibus et dissipet illud destruere cupientibus, per- **Emmo.** petim maneat incorruptum.

(16). Quam definitionem constitutionis nostrae, ut nostris **Aud.** et futuris temporibus valetura sit, manus nostrae subscriptionibus roboravimus et coepiscopis dominis et fratribus nostris rogamus, ut ipsum in omnibus confirmare debeant.

(17). Berthefridus[c] peccator Ambianensium urbis episcopus hoc privilegium a me facto relegi, consensi et subscripsi.

In Christi nomine Genesius acsi peccator episcopus hoc privilegium consensi et[d] subscripsi.

In Christi nomine Chaoaldus episcopus hoc privilegium consentiens et[e] subscripsi.

In Christi nomine Gauciobertus acsi peccator episcopus hoc privilegium subscripsi.

Boso in Dei nomine episcopus hoc privilegium consensi et subscripsi.

In Christi nomine Ragnobertus acsi indignus episcopus hoc privilegium consentiens[f].

In Christi nomen[g] Mummolenus acsi peccator episcopus hoc privilegium consensi et subscripsi.

In Christi nomen Audebertus acsi peccator episcopus hoc privilegium consensi et subscripsi[h].

Dado peccator hoc privilegium consensi et subscripsi.

Emmo[i] episcopus subscripsi.

Leodeboldus peccator episcopus hoc privilegium subscripsi.

Chrodobertus peccator hoc privilegium subscripsi.

Paternus peccator Egloense ecclesiae acsi indignus episcopus hoc privilegium consensi et subscripsi.

Drauscio acsi peccator hoc privilegium consensi et subscripsi.

---

a) et *add. Lev.; om. c. cum B. E.* b) annum *E.* c) Bertefridus *c.* d) et *s. om. c.* e) *ita c.; om. Lev.* f) sub *m. al. add. c.;* consentiens *aut* consensit *aut* cons. *absque* subscripsi *constanter E.* g) nom̄ *m. al. corr.* nom̄e *c.* h) Audoenus episcopus hoc privilegium consensi et subscripsi *male add. Lev., quam subscriptionem recte om. c.; omittunt h. l. et interpolator chartae Chlotharii (Lev. p.* 217*) et auctor privilegii Vitaliani (Lev. p.* 230). i) Emme *c.*